Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472842-p0001-4

Sammelband

U.q.97.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472842-p0002-0

14

# COLLEGII FEVDALIS

## DISPVTATIO IX.

# DE SVCCESSIONE FEMINARVM IN FEVDIS

*Quam*

Deo gubernatore,

*PRÆSIDE CLARISS: ATQVE CONSVLTISS: VIRO D. THOMA FRANZIO I.C.*
*& Iuris Feudalis in Celeberr: Academia VVitebergenſi Profeſſoris Publ. pro viribus defendere conabitur.*

M. VVOLFGANGVS RICHTERVS
Freibergenſis.

Calend. Novembr:

WITEBERGÆ,
*Typis M. Georgij Mulleri*
Anno M. D. XCVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472842-p0003-5

NOBILISS. AMPLISSIMOQUE VIRO, EXCELLENTIQUE VIRTUTE PRÆDITO,

*HEINRICO ABRAHAMO ab EINSIEDEL Domino in Scharffenſtein & Fenſperg,*

*Intimo conſiliario*

ILLUSTRISS: CELSISS:Q PRINCIPIS FRIDERICI VVILHELMI DUCIS Saxoniȩ eiuſdemq́;

ELECTURÆ ADMINISTRATORIS: Mœcenati Muſarum clementiſs:

*Debitæ gratitudinis & obſeruantiæ ergò hanc disquiſitionem legalem*

*D. D.*

M. VVOLFGANGUS RICHTERUS Freibergenſis.

*Reſpondens.*

*MAſculorum in feudis tam deſcendentium quam Collateralium ſucceßione cognita, conſequens eſt vt porrò de feminarum diſpiciamus.*

## THESIS. I.

PRoles feminini ſexus, (*a*) vel ex feminino ſexu deſcendens, (*b*) ad ſucceſsionem Feudi regulariter aſpirare non poteſt.

(a) *c. 1. §. hoc a. notandum. de his qui feud. dare poß: c. 1. § filia. 3. de ſucceß. feudi. c. vn. Quemadmod. feud. ad filiam pertineat. c. vn. §. 1. v. proles. de ſucceß. fratrum. c vn. in quib. cauſis feudum amitt. c. vn. de natura ſucceß. feudi. in pr. ibi: Et non filia niſi. c. vn. § 4. de Capitan. qui curiam vendidit. Cum enim vaſalli debeant dominos in hoſtē pergentes ſeruare, feminis hoc eſt interdictum. arg. c. 1 § pen. de cc. Corrad. c. 1. § item qui dominum. quæ fuit prima cauſa beneficij amit. c. 1. in pr. Quib. mod feud. amitt. c. 1. in pr. hic finitur Lex. c. 1 § 2. de feudo ſine culp. non amitt. & arg. l. quisquis. § ad filias. Ad Iuliam Maieſt. C. Deinde propter periculoſitatem ſecreti, dum nihil tacere poſſunt. arg. § hoc quoq; obſeruatur, vbi Schenck. de his qui feud. dare poß. Et honeſtatem publicam. Turpe n. eſt feminas viror. cætib. immiſceri. arg. L. fin: C. de Recept arbitr. Quartò propter fragilitatem conſilij. § etſi aliquid. de noua forma fidelit. & arg. L. ſi pater. de ſponſalib. C. c. forus. de V. S. ex. Et deniq; propter voti lubricitatem, qua ter mutatur in hora. Alberic. in L. filio 16 de inoffic: teſtam Bald: in L. quoties. in col. pen. de ſuis & legit C. Iacobin. in verb. Marchio n. 4. Thomas de Marin. de generat feud: tt. 1 n. 8. Zaſ. part. 8 n. 36 VVeſenb. cap. 6. n. 22. de feud. Curt. 1. part. 3. Princip. Borchold. de Feud. cap 1. n. 19. Quib. etiam adiungi poteſt ratio ex L. XII. quam refert Imp. in § 1. Inſt. de SCto. Tertullian. Vlpian. tt. 26. Ræuard. ad XII. Cap. 19.*

(b) *arg. L. meminimus de legit. hæred. C. L. in omnib. L. quod ipſis de R. I. L. tria prædia. de ſeruitut. ruſticor. prædior. Bald. in c. vn. qui feud: dar: poß: text: notalib. in L. 1. de Iure immunit. latè Tiraq. in tract. primogen. q 13. & argo L. 3. de bonis matern. C. L. qui id quod 33. de donat. & L. nemo plus. de R. I.*

Quamuis feudum eo tenore alicui datum ſit, vt eius deſcendentes, maſculi & feminæ in eo ſuccedant.

*§ hoc n.3. de his qui feud. dar. poſſ. § filia verò. 3. de ſucceſſ. feudi. c. vn. in pr. de ſucceſſ. fratrum vel gradib. ſuccedent. in feudo. Roland. conſ. 68. n. 40. vol 1. & Conſ. 41. n. 4. vol 2. Borcholt. cap. 7. n. 35. Non obſtante Copulatiua ET. quæ plura ſimul coniungit. Nam in hac materia ordinem ſucceſſiuum ſignificat, & verba copulat, non ſenſum. Roland. conſ. 58 n. 67. vol. 3. Paris de Puteo de Redintegrat feudi. cap. 109. n. 3. Zaſius. part. 8. n. 45. per l. Gallus. § quidam L. recte. de Liber. & poſthum. Borch. cap. 7. n. 35. Ferrar. in form. libell. de Reuocat. feudi vb. nec ſuperſtitibus. n. 5.*

III.

Quod vsq; adeò verum, licet vaſallus vltimus ſine hæredib. maſculis moriatur, feudum tanquam apertum ad dominum reuertatur; nequaquam verò ad ſororem primi vaſalli, vel ex ea deſcendetes.

*c. vn. § quin etiam. Abbatem vel epiſcop. vbi Bald. n. 3. Aluarott. ibid. n. 3. 4. Alexand. conſ. 29. n. 7. vol. 1. Pariſ conſiſ. 16. n. 9. vol. 4. & conſ. 23. n. 60. Roman. conſ. 1. n. 3. Burſat. conſ. 80. n. 9. vol. 1. Decius conſ. 517. n. 6. Tiraquel. prolixè diſſerens in L. ſi vnquam. verb. ſuſceperit liberos n. 105. & Zaſius conſ. 11. n. 7. vol. 1. Roland. conſ. 58. n. 68. vol. 3. A. Gabriel. Rom. lib. 6. tt. de ſtatutis. concl. 4. n. 2. vbi Mandoſ. in Addit. in verb. perpetuò. Curt. part. 1. princip. 3. n. 32. Zaſ. part. 8. n. 50. Borch. d. loco n. 36. Gail. 2. obs. 148. n. 1. 2. Diſſent. Decian. Reſp. 58. n. 2. A. Gabriel. d. l. n. 3. Mandoſ. in d. verbo perpetuò. Piſtor. quæſt. 36. part. 2. Sonſb. part. 9. n. 131. cuius arg. recenſet & refutat Borch. d. cap. 7. n. 37. Mynſing. Cent. 5. obs 74.*

Quamuis etiam feudum à patre ſit emptum (a) & filia per ſubſtitutum ſeruire velit. (b)

(a) *Iſernia C. vn. § hoc autem. n. 17. de his qui feud. dar. Laudenſ. ibid. in § & quia vidimus. Iacobin. in verb. & feminis n. 6. Præpoſit. ibid. § & quia. n. 62. A. Gabriel. lib. 6. concl. cojum. tt. de V. S. con. 6. n. 56. Brun. conſil. feud. 18. n. 9.*

(b) *arg. L. non vtique 2. § 1. de adminiſtrat rer. ad Ciuit. pertinent. Ioh. Thom. de Marin. Cap. 11. n. 21. Hannet. lb. 2. cap. 8. Zaſ. part. 12. verb. tertia Concl. & part. 8. n. 3. & Conſ. 13. n. 26. 27. 28. lib. 1. Conſ. vlt. n. 22. & 23. lb. 2. Sonsbeck. part. 9. n. 121. & 122. VVurmſer. in pract. obs. de feudi. 1. obs. 17. & quos adducit. Alciat. Reſp. 170. n. 3. Menoch. Conſ. 1. n. 470. Roland. Conſ. 23. n. 32. vol. 1. & Conſ. 18. n. 20. vol. 3. & Conſ. 41. n. 11. vol. 4. quam etiam ſuprema Curia ſecuta eſt. Mynſing. lb. 5. obs. 73. Piſtor. quæſt. 37. n. 8. & 9. d. part. 2. Diſſent. Odofred. in ſumm. ſua. qui poſſ. ſucceder. in feud. Iaſon. in L. 1. n. 51. de Iur. Emphyt. C. Lud. Roman. Conſ. 367. n. 12. & Mandoſ. ibid. in addit. vb. Iure emptionis. Göeden. qui plures refert Conſ. 13. n. 21. & conſ. 105. n. 26. Cephal. Conſil. 122. n. 7. VVurmſer. pract. obs. 3. Ioh. Baptiſt. Ferret. Conſ. 108. n. 5. Curt. part. 3. membr. 1. v. ſextò limita. Decius Conſ. 390. n. 7. Pariſ. Conſil. 4. n. 39. lb. 1. Godazin. Conſ. 56. n. 19. Ripa. lib. 1. Reſponſ. cap. 1. n. 76. Roland. Conſ. 41. n. 1. & conſ. 48. n. 7. & Conſ. 90. n. 13. vol 4. Alciat. Reſponſ. 170. n. 4. Clarus § feudum. quæſt. 73. n. 6. & nouiſſ. VVeſenbec. cap. 6. n. 22. de feudis. Gabriel. lb. 3. Concluſ. tt. de Feudi. Concluſ. 2. in pr. cuius tamen rationem refutat Borch. de Feudis. cap. 4. in 8. feudor. diuiſ. Cum feudum emptitium non ob id in totum degeneret*

 *á natu-*

*à natura propria feudi, etiamſi pecunia emptum ſit. Borch. d. loco. & Socin. in L. Gallus § etiamſi à parente. Col. 2. vbo. quam Concluſ. de Liber. & poſthumis.*

V.

A qua Communiter recepta, minimè recedendũ, niſi feudũ eius ſit conditionis, vt vel femineum, vel eo pacto acquiſitum, (*a*) vel id femina à domino redemerit, (*b*) vel primus excludens illicò moriatur, (*c*) vel in inueſtitura dictum ſit: *Ut donec maſculus ſupereſſet, femina non ſuccederet.* (*d*) vel filia ſemel in ſucceſsione feudi admiſsa fuerit. (*e*) vel in inueſtitura dictum ſit: *pro hæredibus vtriusq; ſexus.* (*f*) ſeu, *maſculos cũ feminis pariter ſuccedere debere.* (*g*) vel, niſi in eo feudo annuatim certa penſio ſoluatur, & id feminis in inueſtitura nominatim dictum ſit, (*h*) vel deniq; niſi Princeps ſpeciali priuilegio filiam ſucceſsionis feudalis capacem fecerit. (*i*)

(a) *c. vn. in pr. de Natura ſucceſ. feudi. c. vn. § hoc quoq; notand. de his qui feud. dar. poſ. c. vn. § quin etiam 2. Epiſcop. vel abbatem. c. vn. de Natura ſucceſ. feudi. c. vn. § proles. de ſucceſ. fratrum c. vn. de ſucceſ. feminar. c. vn. § filia de ſucceſ. feudi. Duaren. cap. 10. n. 8. de feudis. Marin. d. tt. 11. n. 15. Piſtor. quæſt. 34. n. 42. d. part. 2. Mynſing. Cent. 5. obs. 74. Clarus § feudum. quæſt. 37. n. 4. Quamuis ad hoc neceſſariò pactum expreſſum ſeu ſpeciale, vt requiendum ſit, negemus. c. vn. in pr. de Feudo femin. c. vn. in pr. verbo. niſi ſit femineum. De natur. ſucceſ. feudi. vbi diſiunguntur pactũ et feudum femineum c. vn. de ſucceſ. fratrum c. de eo qui ſibi et hæredib. ſuis maſcul. c. 104. § iugales, in cc. xuang. facit L. qui id quod. 34. de donat. ibi: cum n. & originem conſtitutæ, pecuniæ, non judicij poteſtatem præualere placuit. L. fin. ſi ex noxali cauſa agatur & L. fin. de Imponend. lucratiua deſcriptione. C. Aluarott. per tex in c. 1. § & quia vidimus. quia feud. dare poſſunt. Roman. d. conſ. 1. n. 2. & Conſ. 33. & Conſ. 167. n. 12. vb. fallit*

*ſextò*

ſextò. Clar. § feudum quæſt. 73. n. 5. Duaren. d. cap. 10. n. 4. Sonsbeck. part. 9. n. 125. Piſtor. quæſt. 34. n. 18. & 21. Ferrar. in forma libelli ad Reuocationem feudi. vbo ac nomine recti & nobilis feudi. Quam Communem Ripa teſtatur Reſp. 1. n. 70. lb. 1. Clar. in § feudum quæſt. 73. n. 5. Roland. Conſ. 67. n. 20. vol. 2. & conſ. 76. n. 7. vol. 3. Quod adeò verum, vt femina in tali feudo admittatur cum maſculis ſine excluſione. piſtor. d. quæſt. 34. n. 36. d. part. 2.

(b) text. in c. vn. quemadmod. feud. ad filiam pertineat. Bald. in c. vn. § quia vidimus n. 9. de de his qui feud. dar. poſs. Roman. Conſ. 1. n. 2. verſ. vel tertiò. & Conſ. 367. n. 12. v. fallit quintò. & ibid. Mandoſ. in addit. in verbo. redemerit. Borcholt. cap. 7. n. 72. quoniam non videtur extitiſſe, qui ſtatim mortuus eſt.

(c) Aluarett. & Bald. in d. c. vn. Epiſcopum vel Abbatem. Tiraq. in tr. de Iudicio in reb. exiguis non ferendo § 83. Sonsbeck. part. 9. n. 130. Clar. § feudum q. 80. in pr. Curt. in 1. Regula. part. 3. princip. quæſt. 27.

(d) Quia tunc non perpetuò, ſed ad tempus tantum excluſa erit c. vn. de eo qui ſibi vel hæredib. ſuis maſculis. Curt. 3. part. princip. 1. part. Bald. Conſ. 200. lb. 5. Roman. Conſ. 1. n. 3. & ibidem Mandoſ. in verbo. admittuntur. Io. Baptiſt. Ferret. Conſ. 108. n. 2. Ant. Gabriel. lb. 6. concl. 4. n. 5. Gail. obs. 148. n. 3. in fine. Borcholt. d. cap. 7. n. 39.

(e) Clar. § feudum quæſt 89. n. 1. vbi allegat pro hac tanquam communi. Aluarott. in c. vn. de eo qui ſibi vel hæredib. ſuis n. 5. Iacobin. in vb. & feminis. Curt. 1. part. 3. princip. quæſt. 28. Zaſ. part. 8. in partic. 2. Eſt n. vocab. ſexus collectiuum, quod maiorem Copulam inducit quã copulatiua ET.

(f) Decius Conſ. 208. Col. 4. & in L. diſcretis. n. 29. qui teſtament. facer. poſſ. C. Ruin conſ. 16. Circa cas. n. 6. lb. 1. Roland. conſ. 86. n. 7. 13. vol. 4. Gozadin conſ. 56. n. 22.

(g) Paris

*(g) Paris de Puteo. de Redintegrat feudi. cap. 109. n. 2. Roland. Conſ. 84. n. 11. vol. 4. Clar. § feudum quæſt. 73. n. 4. vbi dicit hanc eſſe Commun.*

*(h) Rao quod tale feudum propius accedit ad naturam Emphyteuſeos, in qua fæmina ſuccedit. Bald. in L. liberti. n. 36. C. de oper. libertor. & in tt. de Pace conſtant. vb. Libellar. n. 3. circa finem. Alexand. conſ. 136. n. 3. Roland. conſ. 23. n. 11. vol. 1. Duenn. in Regl. 309. limit. 9. Göeden. Conſ. 13. n. 21. & Conſil. 14 n. 10. & Conſil. 105. Borcholt. Cap. 3. de feud. n. 44. verb. ſextò vaſallus. vbi adducit multas authoritates.*

*(i) Hoc n. poſſe Principem, etiamſi in inueſtitura feminæ à feudo remotæ fuerint, tenet Couarr. lib. 3. Variar. Reſolut. cap. 6. n. 2. v. quinto. & n. 3. in fin. & n. 4. in pr. authoritate Curtij iunioris conſ. 1. n. 23. arg. gl. in c. 1. § naturales. Si de feudo fuerit controuerſ. inter domin. & agnat.*

VI.

Ordo tamen ſuccedendi in hiſce Caſib. vel ex inueſtituræ verbis, vel ex communi natura feudor. definiendus erit.

*c. vn. de ſucceſſ. feudi. Piſtor. quæſt. 35. n. 12. d. part. 2. Mynſing. cent. 5. obs 74. in pr. Borcholt 1. cap. 7. part. 2. n. 35. Clar. § feudum quæſt. 73. n. d. Marin. d. tt. 11.*

VII.

Et admiſſam ſemel feminam non excludi rurſus, Dd. conſentiunt Communiter.

*arg. c. de eo qui ſibi & hæredib. ſuis etc. arg. L. ſiue poſſiderit. in fine. de probat. C. gl. concord. in L. nec n. de itinere actus priuat. L. id quod noſtrum de R. I. Zaſius part. 8. n. 53. Sonsb. part. 9. n. 140. Marin. d. tt. 11. n. 37. Clarus. d. § feudum quæſt. 80. Piſtor. quæſt. 35. n. 11.*

VIII.

Num a. ſemel propter exiſtentiam maſculor. excluſa perpetuò excluſa maneat, etiamnum contrauertitur. Quod nos non putamus.

*Mynſin*

*Mynſing. Cent. 4. obs. 74. Clar. d. §. feudum. quæſt. 80. n. 2. Sonsbek. part. 9. n. 131. VVeſenb. Conſil. 74. n. 10. & de Feudis cap. 6. n. 23. vbi pulchris diſtinctionibus ad longum reſoluitur. Piſtor. quæſt. 36. d. p. 2. Diſſent. Zaſ. part. 8. Hannet. lib. 2 cap. 9. Duaren. cap. 10. n. 12. Marin. d. tt. 11. n. 38. Gail. 2. obs. 148. n. 1. 2. 3. Borcb. cap. 7. part. 2. n. 36.*

IX.

Hoc amplius femina in feudo certor. ſeruitior. feminæ conuenientium, recte ſuccedit.

*Beluiſ. tt. 6. lib. 1. in Vſib. Feudor. Roman. Conſ. 367. n. 12. vbi Mandoſ. in addit. vb. certum ſeruitium. Roland. Conſ. 23. n. 7. vol. 1. Conſ. 41. n. 8. vol. 4. Gozadin. Conſ. 57. n. 18. Clarus d. quæſt. 73. n. 8. Diſſent. Laudenſ. §. & quia vidimus n. 29. de his qui feud. dar. poſſ. Iacobin. ſuper verb. & feminis n. 5. Curt. part. 3. n. 5. Hanneton. lib. 2. cap. 8. Duaren. cap. 10. n. 7. de Feudis, quos ſequitur Borcholt. d. cap. 7. n. 68.*

X.

Nec improbanda eſt conſuetudo vel ſtatutum ſic diſponens, vt filiæ cum maſculis ſimul ſuccedant.

*arg. §. hoc quoq; ſciendum. de his qui feud. dare poſſ. Cum ſucceſſiones feudales à conſuetudine regulentur c. vn. an maritus ſuccedat vxori in benef. c. vn. de filijs natis ex matrim. ad morgenat. c. ſignificauit. ex. de Reſcipt. Laudenſ. in d. c. 1. §. & quia vidimus. n. 33. ibid. Iſern. n. 17. de his qui feud. dar. poſſ. Chaſſan: in conſuetud. Burgundic. Rubr. 3. Des Fieds. §. 5. n. 29. v. & primò accipio fallentiam. Roland. Conſil. 2. n. 15. & Conſ. 42. n. 22. vol. 1. & Conſ. 16. n. 18. & Conſ. 52. n. 26. vol. 3. Duenn. Reg. 309. Fallent. 1. Clarus §. feudum. quæſt. 74. n. 9. Sonsbeck part: 9. n. 127. & 128. Marin: d. tt. 11. n. 28. Piſtor. quæſt. 34. n. 41. Menoch. de Arbitrar. cap. 149.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472842-p0011-0

XI.

Qua ratione & in feudo Ligio feminam ſuccedere cum Speculatore (*a*) affirmamus, Contra quàm dd. (*b*) parum conſideratè verba Speculatoris, q. de iure ſuccedat femina, acceperunt.

*a. eumq́ ſic intelligente Ruin conſ. 39. n. 8. lb. 1. Neuizan. conſ. 9. n. 5. Iaſon. in præ lud. feud. n. 111. & in L. de quib. n. 64. ver. item dicit Bald. ff. de Legibus.*

*Et Alexand. conſ. 30. col. pen. verſ. ad quartum. Curt de feudis par. 1. quæſt. 8. n. 26. Menoch. conſ. 1. n. 474. Sons bek. de feudis part. 4. n. 6.*

(b) *Decius conſ. 269. n. 12. ver. ſimiliter ſi eſſet. & conſ. 139. n. 1. Ripa lib. 1. Roſponſ. cap. 1. n. 75. Alciat. Reſponſ. 176. n. 3. Gozadin. conſ. 56. n. 21. Menoch. d. conſ. 1. n. 452. A. Gabriel. lb. 6. Commu. concl. 10. tt. de V. S. Concl. 66. n. 55. Duenn. in Regula. 309. limit. 4. Curt. part. 1. quæſt. 8. n. 28. ver. quartus & vltimus. Thomas de Marin tt. 11. de feud: femin. n. 24. Montan. lib. 1. cap. 6. ver. ſextam ſpeciem.*

XII.

Quod etiam in feudo Franco procedit, cum ſeruitior. præſtatio ſit non de ſubſtantia; ſed de natura feudi.

*c. vn. in fine. in quibus cauſis feud. amittatur c. vn. hic finitur Lex c. vn. § Sed nec alia iuſtior. qua fuerit prima Cauſ. beneſit. amitt. Latè Ioh. Thom. de Marin. tt. 18. n. 2. & tt. 19. n. 8. argument. c. vn. mutus & ſurdus. Et pacta contra naturã contractus valere poſſint, ſed non contra ſubſtantiam. argumento. L. paciſci de pactis. L. pacta Conuenta de contrah. empt. L. vbi ita donatur de donat cauſ. mort. item L. à Titio de v. S. L. illud ad L. Aquiliam Cacheran. deciſ. 27. n. 5. Euerhard. in Loco á ſimili n. 10. Piſtor. quæſt. 32. n. 14. d. part. 2. Marin. tt. 136. & alior. multor ſententia. Roman. Singul. 178. & conſ. 33. & conſ. 367. n. 12. verbo: fallit ſecundò. Vbi Mandoſ. in addit. in verbo.*

fiat

*ſiat. Menoch. conſ. 29. & 30. lib. 1. & conſ. 65. n. 32. Corne. conſ. 41. vbi Communem dicit. Clar. in § feudum queſt. 73. num. 7. Decian Reſponſ 58. n. 39. 40. Vol. 2. & Piſtor. quæſt. 34. n. 37. Diſſentiunt plerique. Sonsbeck part. 4. n. 3. Borchold. cap. 7. n. 68. Crauett. conſ. 6. n. 55. & conſ. 1. n. 332. Piſtor. d. part. 2. quæſt. 1. n. 47. & quæſt. 34. n. 29 Tiraquel. de Retractu Lignau § 11. gl. 1. n. 6. 7. 8.*

XIII.

At verò in allodialib. regulariter filiæ ſuccedunt (a) niſi iuſta aliqua de cauſa exheredatæ ſint, (b) vel iuramẽto præſtito renunciauerint hæreditati paternæ, (c) Vel ex bonis matris prædefunctæ dotatæ, hæreditati paternæ cum iuramento renunciarint, quo caſu ne quidem prætextu enormiſsimæ læſionis ad hæreditatem patris aſpirare poſſunt, (d) vel denique ſtatuto excluſæ. (e)

(a) *per text. Nouell. 118. cap. 1. L. liberor. de V. S. Iaſon. in L. maximũ vitium. n. 2. de Liber. præterit. Cod.*

(b) *Nouell. 115.*

(c) *text. in c. quamuis. de Pactis. in VI. Couarr. in relect. c. quamuis. part. 3. cap. 2. n. 7. Vaſq. de ſucceſſ. Creat §. 18. n. 132. Gail. 2. obs. 148. n. 1.*

(d) *Vaſq. de ſucceſ. Creat. §. 18. n. 131. & quos ibi adducit Decium & alios. Gail 2. obs. 140. n. 7.*

(e) *Menoch. de arbitr. Caſ. 149. vbi plures allegat.*

XIV.

Quod adeò procedit, licet filia ante XXV. annum maritum, non tamen indignum ſibi, ſine conſenſu parentis copularit.

*Authent. ſi poſt. de inoffic. teſtam. C. Couarr. de matrim. part. 2. cap. 6. in pr. n. 20. cum ſeqq. Vaſq de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 623.*

XV.

Quòd ſi verò & hæc deſint, æquitatis ratione eſt introductum, ut ex feudo non ſolùm à fratribus & quovis agnato ad quem feudum devoluitur; ſed etiam à domino ipſo feudo ſibi aperto, ſecundum loci cujusq; conſuetudinem, vel etiam domini arbitrium, dotentur.

*Dd. in c. un. an mutus, ſurdus, vel alioquin. Panorm: in c. licet. 6. De voto & voti redempt: verſ. numquid autem. Tiraquell. de jure primogenit: quæſt: 4. n: 33. Cum dos alimentorum inſtar ſit. arg: L. fin: De aliment: & cibar: legat: Alex: Conſ: 208. lib. 2. & conſ. 48. lib: 3. Piſtor: quæſt: 37. n. 1. 2. 3. 4. 10. cum multis ſeqq. ubi multis authoritatibus hoc confirmat.*

XVI.

Uxor verò quamvis etiam in bonis allodialibus ex ſtatuto aut pacto marito ſuccedat; in feudo tamen marito nunquam ſuccedit. (a) Quamvis his locis de conſuetudine ultra memoriam hominum ſit introductum, (b) ut uxoribus nobilium in compenſationem dotis, in feudo Dotalicium conſtituatur, (c) Et pars dimidia cibariorum domeſticorum (idiomate noſtro Muſstheil oder Hoff ſpeiſe) qui tempore obitus fuerunt in defuncti domo, quemadmodum & utenſilia die Gerade, præſtentur. (d)

(a) *c. un. an maritus ſuccedat uxor. c. un. § quanquam. ubi gl. in vb. quartæ. de Inv: de re alien: fact.*

(b) *Schurff: conſil. 51. n. 3.*

(c) *VVeſenb: in tr. feud. cap. 6. n. 21. allegans Alv. in § præterea n. 2. De cc. Corrad. Bald. in c. 1. § aut ſi libellario. Quib. mod. feud. amitt: c. nuper. ex: ubi de Donat: inter virum & uxor:*

(d) *text: apert: Artic. 22. lib: 1.* Landr. § Darnach mus die Fraw. *& ſeq: Art: 24. per totum. & Art: 76. in pr: lib: 3.* Weichb. *Art: 22. 23. & 24. Nec obſtat: text: d. Art: 24.* Weichb. *quia ſecus eſt de jure Municipali, de quo hic poſterior. text: loquitur. Concordat conſt. Elector: 34. part: 3. Quid verò nomine* Mußtheil *veniat, videri poteſt gl. Art: 56.* Lehnr. *ibi:* Dazu nimmet ſie auch Mußtheil *cum addit: margin:* hopff aber. *& conſtit: Elector: 35. & 36. d. part: 3. & Martin: Coler: in tr: de Aliment: cap: 11. n. 69. cum ſeqq. aliquot. qui diligentiſſimè hæc cum ſuis limitationib. ibi congeſſit. Et Piſtor: quæſt: 32. part: 1. n. 11. ubi in ſubjectis reſponſ: res omnes quæ ad utenſilia pertinent, recenſentur.*

Quod

XVII.

Quod etiam de ijs utenſilibus accipiendum, quæ extra curtem mariti in alijs prædijs; immò etiam extra territorium Saxonicum ſituata ſunt. (*a*) Et in quibus omnibus indifferenter, etiam ovibus computatis, (*b*) non ſolùm uxor marito defuncto; ſed etiã uxore mortua, propinquior cognata ex femineo genere conjuncta, (*c*) nulla adhibita diſtinctione, (*d*) ſuccedat.

(a) *arg: evidentiß: text:* Land: *lib:* 1. *Artic:* 22. § Nach dieſem & *arg: Art:* 31. *in pr:* & 45. § Das Weib. *lib:* 1. *Piſtor: d. quæſt:* 32. *Matth: Coler: in proceß: execut: part.* 1. *cap:* 2. *n.* 191. & *cap.* 3. *n.* 256. *ubi dicit: Hanc ſententiam Communiorem eſſe, & in practica receptiorem ipſo etiam Zobelio teſte. & latè in part:* 2. *cap.* 3. *n.* 259.

(b) *quas uxor ſuperſtes exceptis vervecibus omnes ut & fœtus ex ijs, utenſilium nomine conſequitur; Art:* 24. *lib.* 1. *cognata verò eas ſaltem quas uxor ad maritum intulit & ipſius fuerunt propriæ, gl: Art:* 56. Lehenr. *Quod ita etiam uſu obtinuiſſe contra diſtinctionem gloſ: Germ: in d. Art:* 24. *lib:* 1. *teſtatur Piſtoris d. quæſt:* 32. *n.* 9. & 10. & *quæſt: ſeq:* 34. *n.* 2. 3. 4. 5. *per multos text: Iuris communis* & *d. Art: Iuris Saxon:* 20. *lib:* 1.

(c) *d. Art:* 20. *lib:* 1. & *Art:* 38. *lib:* 3. & *Art:* 23. Weichb. *Piſtor: quæſt:* 32. *in pr.* & *n.* 3. 4. 5. & *probant Reſponſa in fine eidem quæſt: ſubjuncta.*

(d) *quemadmodum in Art:* 38. *lib:* 3. *ſub lit: C.* & *in Art:* 24. *lib:* 1. *ſub lit: D. additionator diſtinguit inter Geradam plenam, & Nifftel Geradam. Piſtor: d. Quæſt:* 32. *n.* 2. *d. part.* 1.

XVIII.

Nec minus uterina cum utrinq; conjuncta, tam jure Civili quàm Sax. Licet plurimi interpretes diſſentiant.

*arg: fortiß: L.* 1. *Cod. de Legit: hæred: Piſtor: d. part:* 1. *quæſt:* 33. *n.* 22. *allegans pro hac Bald: Socin: Ruinum, Pariſ: Decium & Ripã qui dicat, Regulam generalem, Duo vincula ligare fortius uno, non procedere quando alterutrum tantùm ex his vinculis conſideretur: At hîc ea eſt natura Vtenſilium, ut à ſolis feminis ad ſolas feminas, eaſdemq; per lineam femininam conjunctas transmittantur, excluſis omnibus alijs perſonis ex linea maſculina, etiam conſanguinea ſorore. Ergo &c. Art:* 27. *in pr: ibi:* Ein jegliches Weib. & *Art:* 28. *lib.* 1. Landr. *Schneid. de hæred: quæ ab inteſt: deferunt. in Rbr. De ſucceſ:*

inter vir: & uxor: n. 55. & ſub Rbr. de ſucceſ: Fiſci: n. 17. & arg: c. un: § his verò. De graduum ſucceſ: in feud: Curt. in tract: feudal. in 3. part. 3. part: princ: quæſt: 6. Nec refragatur text: Art: 15. lib. 3. Licet enim text: ille utatur verbo vollkömlichen; Ita tamen accipiendum eſt, quòd à ſolis feminis, nulla habita maſculorum conſideratione, deſcendere, atq; ita feminarum ſaltem reſpectu, Weibshalben vollkomlichen, conjuncta eſſe debeat. Quo textus declarat, quam plenitudinem ſive perfectionem requirat. Magisq; confirmatur Latino textu, ubi pro dictione vollkömlichen habetur dictio DUNTAXAT, hoc eſt, ut SOLÆ MULIERES & quæ ex linea feminina deſcendunt, admittendæ ſint. Piſtor. quæſt: 33. n. 18. 19. 20. & 31. in fine.

## XIX.

Dotalicium autem pactum non eſt ultima voluntas: Sed contractus nominatus inter vivos, (a) pariens actionem præſcriptis verbis, ad quem probandum etiam duo teſtes ſufficiunt; (b) niſi de futura ſucceſsione aliquid ſit diſpoſitum. (c)

(a) toto tt. Cod. De Pactis Convent. L. ſtipulatio hoc modo. De V. O. L. licet inter privatos. & l. fin. De Pactis. C. L. 2. C. de pactis inter Empt: & venditor. facit L. non omnis. Si certum petatur. ubi dicitur: Actum non debere nos interpretari ultra voluntatem contrahentium. At quando ſponſus & ſponſa faciunt pacta Dotalicia, nec mens nec voluntas eſt conſtituere ultimam voluntatem. Ergo. (b) L. ubi numerus. de Teſtibus. (c) Cum hoc caſu ſit contra naturam hujus contractus per L. hæreditas. C. De pactis. & argto L. ubi ita donatur. De Donationib. tale pactum videatur aſſumere formam ultimæ voluntatis, ad quam neceſſariò quinq; teſtes requiruntur. Li. fin. De jure Codicill. Cod.

## XX.

Et ad quod conſtituendum Dotem oportet eſſe illatam; niſi conſuetudine aliud obſervetur, vel mariti culpa non exacta ſit, vel dies nondum venerit ad quem promiſſa fuit & maritus interea deceſſit, vel deniq; ab alio quàm marito ſolvenda fuit.

Authent. dos data. in fin. C. de Donat. ante Nupt. Authent. ſed quæ ante nihil. C. de Pactis Convent. Piſtor. part. 1. quæſt. 4. n. 7. 8. 9. 10. 11. ubi multas adducit authoritates. & 30. &. quæſt. 5. n. 1.

Tantum

XXI.

Tantum item eius nomine marito allatum, ut tam dote quàm donatione propter nuptias in vnam ſummam computatis, in ſingula 100. 10. annua perſoluantur. (a) Quamuis interea non negetur, Pactis quandoque majorem Dote conſtitui poſse. (b)

*(a) arg. Authent. æqualitas. C. de Pactis conuent. & Authent. de æqualitat. dotis Piſtor. d. part. 1. quæſt. 4. n. 1. & 4. & quæſt. 14. n. 5. ea. part.*

*(b) gl. in Artic. 75. lib. 3. ſub Lit. A. Piſtor. d. Quæſt. 4. n. 5. 6. 7. & ſeqq.*

XXII.

Et ut ſucceſsores feudi, Dotalicium ex feudo conſtituere teneantur, non modò eſse illatam; ſed in ſuper etiam in feudum verſam.

*Hoc notabiliter monet Piſtor. d. quæſt. 4. n. 12. 13. & 15. Vbi etiam allegat Conſtit. Electoral. 46. part. 2. quatenus ibi ſancitum eſt, ſucceſsores in feudo debitum, ratione feudi Contractum, vel in vtilitatem ejus converſum, perſolvere debere.*

XXIII.

Quod cum poſtea mulier ſemel agnoſcit, neque ipſa, neque hæredes eius dotem, vtpote mariti bonis dotalicij iure incorporatam poſsunt repetere.

*Addit. ad Artic. 31. lib. 2. VVeſenbec. conſil. 26. part. 1. Quod approbatur Conſtit. Elector. 37. part. 3. Piſtor. d. quæſt. 4. n. 20. 21. 22. 23. 24. & 25. part. 1.*

XXIV.

Fructus verò Feudales in his terminis quod attinet, ſi vaſallus decedat ſine hærede maſculo, jure Comm: Feudali, ſi ſit mortuus ante Calend. Mart. vel poſt Auguſt. eius anni fructus ad ſucceſsores feudi; ſi verò inter medio tempore, ad hæredes eius pertinent.

*§ his conſequenter 4. hic finitur Lex. C. un. ver. Sed in fructibus. An agnatus vel filius de functi poſsit retinere feud. Piſtor. part. 1. quæſt. 24. n. 39. 43. & 50. allegans Iſern. Bald. Aluarott. Lauden. Præpoſ. Afflict. Alexand. Iaſon. Socin. & dicens hanc eſse Comm. interpp. ſententiam, & apud noſtros vſu invaluiſse. Oleum igitur atq;*

operam

*operam perdere, qui in medium adductis juris ciuilis rationib. contra niti conarentur. Cum quæ certam receperunt interpretationem, minimè ſint mutanda. L. minimè, de Legib. L. quod nolit. § quia aſsidua, de Ædilit Edict. Matth. Coler. in proceſs. Execut. part. 2. cap. 3. n. 288. allegans Tiraquell. de Retract. Convention. § 5. gl. 4. n. 3. Petr. Iacob. ſub. forma Libell. de Condict. ex morib. n. 5. Ferrar. in d. Form: Libell. ad Reuocat. feudi. verbo. nec ſuperſtitibus, n. 16. & Borcholt. cap. 7. n. 95. tract. Feud.*

*XXV.*

At Iure Saxon. in huiusmodi fructuum, tam agrorum quàm vinearum perceptione, reſpectus habetur ad induſtriam & extremam culturam poſsidentis vaſalli, *(a)* Vt ſi raſtratio poſt ſeminationem, & in vineis poſt ligā racemorum, die Kurr concluſerit vltimā culturam agror. & labores vinearum, ab eo tempore in futurum fructus naſcituri, debeantur hæredib. & non ſucceſsoribus. *(b)*

(a) Landrecht *lib. 2. Art. 58. §.* deß mannes ſaat. *& ibi Additionat. in lit. C. Piſtor. d. quaſt. 24. n. 73. & 74. & 82. per text.* Landr. *lib. 3. Art. 76. & 77. & n. 89. 90. 91. 92. 93. multas authoritates ad ducens. Matth. Coler. in proceſs: Execut. part. 2. cap. 3. n. 289. SchneidVV. in § is verò, n. 3. de Rer. diuiſ. Quamuis D. Piſtor. in d. quæſt. 24. n. 85. & 93. malit circa diem Vrbani. argto Artic. 58. lib. 2. ibi:* An S. Vrbans tag. *& ibi:* Arbeitet ein Herr Weingarten. (b) *text. eſt expreſs.: Art. 58. lib. 2.* Landr. *in pr.* Da der Man kein lehenerben etc. *& §.* Des mannes ſaat. *& Artit. 76. lib. 3. §* Stirbet aber die frawe nach der ſaat.

*XXVI.*

Si verò non fuerit adhibita, ad ſucceſsores feudi pertineant, *(a)* ſi tamen pro operis eius anni hactenus impenſis, condigna æſtimatio præſtetur ijs, eorumúe hæredibus qui fundos excoluerunt. *(b)*

(a) *gl. ult.* Lehenr. *cap. 6. verſ.* Aber die Früchte die der Tode.

(b) *L. ſi à domino. § fin. de petit. hæredit. L. Divortio. § impendia, ſolut. matrim. L. fructus cum L. fin. De operis Libert. L. quod in fructus. 46. De Vſuris L. fundus qui dotis. 51. Famil. herciſ. L. fructus. 7. ſolut. matrim. L. 1. C. De fructibus & Litium expenſ. cum quibus concordat. gl.* Lehenr. *Artic. 57. in verb.* Er ſoll aber jenen ſeine arbeit

beit gelten. *Et uſu hoc eſſe firmatum teſtatur Matth. Coler. d. part. 2. cap. 3. n. 300. in fine.*

*XXVII.*

Et pariter quicquid vidua ſuperſtes intra triceſimū à morte mariti in fundo feudali, in quo conſtitutum habet Dotalicium, de comeſtibilio conſerat, ex dimidia illius parte ſucceſſores ei teneantur.

*Conſtit: Electoral. 32. part. 3. §* da aber die Witfraw.

*XXVIII.*

De fructibus autem naturalibus, quos natura absq; principali facto hominis ſolet producere, non obſtante particula Univerſali OMNES in § his conſequenter, ſecus putamus. Ut & in cenſibus & reditibus, Decimis & præſtationibus, quorum dies tempore defuncti vaſalli, vel intra triceſimum ceſsit. Iacenti enim hæreditati accreſcunt ejuſmodi penſiones & perinde habentur ac ſi decedens ea reliquiſſet.

*arg: ſunt Articul: 22. lib: 1. & Articul: 58. lib: 2. & Articul: 76. lib. 3.* Weichb. *Articul: 24. & conſentit Molinæ. in conſuetud: Pariſiens: tit: 1. § 1. gl. 8. n. 35. per legem fructus pendentes. de Rei vindic: & Bald. in c. 1. in fin. De pace tenend. Ubi fructus ſeu penſiones Civiles æquiparat fructibus ſeparatis à ſolo, ſi ceſſit dies penſionis ſolvendæ: Sin autem nondum ceſſit, æquiparat fructibus pendentibus. Quod etiam ſequi Afflict: & Alciat: in L. moventium. de V. Sign. & aliquoties à Collegio Scabinorum Lipſenſium olim ſic pronunciatum fuiſſe, affirmat Piſtoris d. quæſt: 24. n. 57. & ſeq. 59.*

*XXIX.*

Sed & de piſcibus hîc interpp: noſtri quærunt, Num & hi ad hæredes, an verò ad ſucceſſores in feudo pertineant? Et æquiorem ſententiam illorum putamus, qui diſtinguunt, utrum in ſtagno habeantur; an verò cuſtodiæ ſaltem cauſſa in piſcina conſerventur, hoc ut ad hæredes tranſeant; altero verò ad ſucceſſores.

*arg: eſt L. limes. De Actionib. Empt: & L. fructus pendent. De Rei vindicat. Zaſ: part: 4. in pr. Epitomes Feudal: & Piſtor. in d. quæſt. 24. n. 65. qui pro hac diſtinctione allegat ibi Bart. Guidon: Papam.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472842-p0019-8

*Boër. Chaſſanæ. & Molinæ. Inq; hanc ſententiam olim à noſtris reſponſum fuiſſe ait. Diſſent: Matth: Coler: in proceſſ: Execut: part: 2. cap. 3. n. 308. per text: in L. funes & labra. § piſces autem. De Actionib. Empt. & Piſtor: d. quæſt: 24. n. 68. & 69. part. 1. qui eos dividendos putat juxta diſpoſitionem L. Divortio. ſolut: matrim: addens, apud nos longa pronunciandi conſuetudine receptum eſſe, ut ſi tempus mortis magis propinquum ſit piſcationi, ad hæredes poſſeſſoris pertineant, ſi verò propius tempori, quo in ſtagnum ſunt poſiti, domino vel agnatis adjudicentur.*

XXX.

Et deniq; de eo, Num viduæ, quæ Dotalicium quod ex primo matrimonio ad vitam ſaltem adepta fuerat, ac ſecundo marito in dotem attulerat; Secundus maritus vel hæredes ejus, ratione hujus Dotalicij, denuò teneantur conſtituere Dotalicium? In qua ſatis ancipiti quæſtione, ad novum matrimonium, novum Dotalicium requiri cum D. Piſtorio affirmabimus. Quid autem vero & æquo propius, diſputanto elucebit.

## *FINIS.*

155054

AB 155054

ULB Halle 3
004 829 352

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472842-p0023-6

A
155

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472842-p0024-2

COLLEGII FEVDALIS

*DISPVTATIO IX.*

# E SVCCESSIONE FE-MINARVM IN FEVDIS

*Quam*

Deo gubernatore,

*ÆSIDE CLARISS: ATQVE*

*VLTISS: VIRO D. THOMA FRANZIO I.C.*

*r Iuris Feudalis in Celeberr: Academia VVite-bergenſi Profeſſoris Publ. pro viribus defendere conabitur.*

M. VVOLFGANGVS RICHTERVS

Freibergenſis.

*Calend. Novembr:*



WITEBERGÆ,

*Typis M. Georgij Mulleri*

Anno M. D. XCVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472842-p0025-7